



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 91. Bironius custodiæ datus, ac capite plexus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

aulam venisset. Rex spatum delibe- Sæc. XVII.  
 randi ei relinquere volens Espernonium A. C. 1602.  
 & Suessionensem Comitem sollicitabat,  
 ut Bironii pertinaciam vincere niteren-  
 tur, spe facta, quod Rex solam crimi-  
 nis confessionem velut pœnitentiæ testi-  
 monium acceptaturus esset. Ast incas-  
 sum erant omnia: postridie Rex sum-  
 mo mane in horto Bironum ad se vo-  
 catum rursus enixe rogabat, ut res, de  
 quibus sibi jam aliunde plene constaret,  
 nihil dissimulans manifestaret.

## §. XCI.

*Bironius custodiæ datus, ac capite  
 plexus.*

Cum Bironius cuncta pertinaciter per- *Dupleix*  
*negaret*, Rex hoc unum superesse *hist. du*  
*ad suos ajebat*, ut illum comprehendendi, *Henri. IV.*  
*ac legibus cum eo agi juberet*, hanc *Mem. de*  
*que in rem Vitrio & Choiseli Stipato-* *Sully tom. 2.*  
*rum Præfectis clam significari præce-* *cap. 10.*  
*pit*, ut suos sub noctem paratos habe-  
 rent, ipse vero Rex post cœnam denuo  
 Bironum urgeret, ut quod sciret, ipse  
 sibi patefaceret, quo recusante ajebat:  
*qua tu negas*, ab *Alvernæ Comite an re-*  
*scire potero, tentabo*; mox ambo com-  
 prehensi die decima octava Junii Ba-  
 stillam conducti sunt: postea vero coram  
 Judicibus Laffinius præsente Bironio  
*Hist. Eccles. Tom. LIII.* P hæc

Sæc. XVII. hæc accusationum capita exposuit:  
A.C. 1602. clandestina habuit commercia cum  
coto II. Sabaudiæ Dux eidem un  
ex suis Filiabus in Sponsam promis  
vicissim Bironius ad exitium Regii exa  
citus, imo ipsius etiam Regis Ducem  
vit, eundem etiam de exiguo Re  
agminis numero, ac urbium statu,  
turaque obsidione propugnaculi S. C  
tharinæ certiorem reddidit. III. Illi  
Præfectum monuit, ut Regem, quæ  
ipse munimenta contemplaturum addi  
cere vellet, tormentis suis petere.  
IV. Sommæ prope Ticinum pacta ini  
vi quorum Franciæ Rex ad norman  
Romani Imperii non jam Succession  
jure, sed Parium suffragiis deinceps ne  
minaretur. Hæc & plura alia non me  
do Laffinius, sed & Renaseus & Car  
lus Hubertus productis Bironii literis  
confirmabant, quibus omnibus matus  
discussis die vigesima septima Julii Bi  
ronio in Regio Senatu coram centun  
quinquaginta Judicibus comparere ju  
hæc accusationum capita præleguntur  
quibus omnibus aut pernegatis, aut  
dextere declinatis ad Bastillam reduci  
tur. Die trigesima ejusdem Mensis in  
Senatu Regio Cancellarius unacum Ju  
dicibus pronuntiabat, quod Bironius  
læsfæ Majestatis, ac conflatae conjura  
tionis reus omnibus suis bonis, hono  
ribus

ribus & dignitatibus privatus, in arcis Sæc. XVII.  
Greviæ area capite plecteretur, ad A.C. 1602.  
fervidas tamen Bironicæ familiae pre-  
ces mutato supplicii loco Rex indulse-  
rat, ut in ipsa Bastilla pœnas lueret.  
Percepta hac sententia Bironius in la-  
crimas & lamenta erumpens, dum nul-  
lam veniæ spem supereffe cerneret, sese  
proximæ morti accingere cœpit, piis  
Garnieri Doctoris & Maignani Parochi  
ad S. Nicolaum de Campis hortationi-  
bus egregie adjutus. Postquam ergo  
seuenti die ferale pegma concenderet,  
denuo mortis sententia prælegebatur,  
inaudiens autem, quod ob infidias Re-  
giæ vitæ stractas morti adjudicaretur,  
*hoc falsum est*, exclamabat, *delete hoc,*  
*nunquam id mihi in mentem venit:* postea  
fusis ad Deum precibus strophiolum  
suum extrahens sibimetipſi oculos ve-  
labat, illo autem mox detracto, vultu-  
que ad carnificem verso ajebat, *cave, ne*  
*accedas, secus tibi cervicem frangam,* ex-  
trenum autem hoc officium sibi impen-  
di rogabat a Baratono, qui eidem in  
carcere inserviebat: quo facto carnifex  
unico ictu caput amputat, quod una  
cum corpore linteo involutum ad S. Pauli  
Templum defertur, ibidemque solitis  
exequiarum honoribus terræ mandatur.  
Ex ceteris conjuratis Luxius & Alver-  
niæ Comes Regis clementiam ingenua

P 2

confes-

Sæc. XVII. confessione promeriti, libertati reddi  
A. C. 1602. bantur: Hubertus vero, qui Bironio  
epistolis erat, ad perpetuum carcere  
damnatus est. Ita nempe seditionis  
exitus est feralis seditiosorum interitus

## §. XCII.

*Henrici IV. Regis querelæ apud Papam contra Hispaniæ Regem,  
& Sabaudiæ Ducem.*

*Mem. secret. sous l'an 1602.*

Die vigesima nona Julii Henricus Gallicarum Rex Maximiliano Bethun Comiti, suo apud Pontificem Oratum negotium dabat, ut eundem de tunc con spirationis serie certiore reddire exponeret, quod ipso etiam fatente Bironio complices præter Hispaniæ Regem & Sabaudiæ Ducem sub Religionis obtentu Sanctitatem suam invocare intenderint: Pontifex Oratori, quæ hæc proposuerat, Regi nuntiari precepit, solerter caveret, ne temerarios, quos atrocium criminum convitato deferunt, ejusmodi scelerum conscientia judicet, eo quod ejusmodi homines plurimumque magno complicum numero auctoritate Principes suos detergere atque a legum severitate abstergere intendant: de cetero Rex certus sit, quo Sabaudiæ Dux testante ipsius Legato